

astronomicum meridiei, sed tempus illud in quo communitur iuxta consuetudinem regionis ieiunium solvitur. Variæ enim sunt etiam in hoc regionum consuetudines. Nam in Helvetia omnes Catholici ieiunium solvunt integra hora ante meridiem; & ex recepta, ac immemorabili consuetudine illa hora cenatur hora meridiei: quare eadem hora pullatur campana per recitationem angelicæ salutationis. Qui ergo per integram horam anteverteret consuetudinem horam propriam solvendi ieiunium absque iusta causa, peccaret graviter.

VII. Ex his que dicta sunt, inferitur, iuxta exilientem causam, secundum omnes polle nobiliter præfatam horam anticipari. Porro causæ iuste anticipationis sunt hæc. Condicio regionis, in qua sunt maximi calores: personarum qualitas, quibus nimum nocturnum foret producere ieiunium usque ad horam consecutæ: iter necessarium suscipiendum: negotia statim post prandium tractanda, que magnam mentis attentionem exigant. Tandem Casultæ plurimi exulant omnes procuratores, advocatos, studios vacantes, hospites suscipientes, euntes ad venationem, & pilationem, etiam recreationis causa, eoque qui Principes alioqui debent, & omnes eos qui nobis, aut valde mane surgunt ad propria officia peragenda. Verum illi nimis extendunt, & amplificant illius anticipationis causas. Quare paucis concludimus, ad iustam anticipationis causam, requiri aliquam veram & realem necessitatem, minimeque sufficere arbitrariam. Si enim omnes quos indicavimus, licite anticipare possent dictam horam; qui essent subiecti horæ consecutæ? Non ergo officia exercenda solum, sed gravis difficultas ad illa peragenda aliquibus esse potest iusta anticipationis causa. Qui anticipant horam, sive iusta, sive iniusta causa, tenentur abstinere a secundo prandio. Qui enim nequit observare primam, tenentur secundam partem ieiunii observare, ut superius dictum est.

VIII. Quæst. II. An Religiosi, qui habent privilegium anticipandi per horam refectorem in die ieiunii, possint etiam per aliud breve tempus distinuat horam consecutam anticipare? Respondetur. Communitur Tractatores rei morales, Diana, Leander, Cozza, plurimique alii, communicantur privilegium indultum Regularibus, noctu ad matutinachoras surgentibus; anticipandi diebus ieiunii prandium per horam. Sed neminem videtur eiusmodi privilegium in medium afferat, vel locum indicet ubi reperitur. Quare, nisi

privilegium mihi ostendatur, dico, Regulares debere ad horam consecutam prandium distinuat. Admissio vero privilegio, nego, quod scribunt Pasqualius, Leander, & alii, posse Religiosos istos, privilegio donatos, ultra horam sibi concessam per aliud tempus non notabile prandium anticipare. Exterendum autem cum citatis Auctoribus hoc privilegium, si adesse, etiam ad eos qui nocte ad matutinum non surgunt: quia membra sunt communitatis, cui præfatam privilegium concessum dicitur. Regularis, sive privilegiati in hoc fuerint, sive non, debent in Quadragesima ante prandium horas vespertinas polleolvere, quemadmodum præfatam omnes alie Ecclesiæ; & extra Quadragesimam nonam pertolvere debent. Qui vero chorum non frequentant, ad id non tenentur.

## CAPUT XVII.

Revenitur dies quibus ieiunandum est, & abstinendum a carnibus.

I. Quamquam superiore dissertatione determinum de variis temporibus quibus ieiunandum est; nihilominus ab re non iudicamus, pressius hic esse omnes recedere quibus ex precepto Ecclesiæ vel ieiunandum, vel abstinendum est a carnibus. In primis fideles ieiunare tenentur tota integra Quadragesima, que incipit feria iv. cinerum, & desinit nunc fabbato sancto; licet more veteri desinere feria v. in coena Domini, & alio quoque tempore inciperet, de quo dictum est supra. Mediolani etiam nunc consuetudo obtinet incipiendi Quadragesimam dominica prima eisdem: cuius tamen consuetudinis privilegio non gaudent Regulares. Item ieiunandum est in omnibus vigiliis Apostolorum, exceptis vigiliis sanctorum Philippi, & Iacobi, ac Ioannis Evangeliste. Et quamvis olim dubium fuerit de vigilia S. Mathie, occurrente feria tertia post dominicam quinquagesimæ; in presentium tamen nulla est difficultas ob decretum Sacre Congregationis, datum anno 1694. die 22. Ianuarii, quo decernitur ieiunandum esse etiam ubi quadragesimale ieiunium incipit festum feria secunda celebrari coniungat, fabbato præcedenti ieiunandum est. Tertio loco ieiunandum est in vigilia Nativitatis Domini, & Assumptionis B. Virginis

nul-

nulleque alia vigilia B. Virginis ad ieiunium obtinere. Ieiunia quatuor temporum obligant sub mortali; quidquid in oppositum alterat contra communem sententiam Pasqualius deest. cixrx. Hæc quatuor tempora ieiunia celebrantur feria iv. & fabbato post festum S. Crucis Septembris, post festum S. Lucie mensis Decembris, post diem cinerum, & post festum Pentecostes. Ieiunium vigilia Pentecostes obligat non vi iuris canonici, sed vi receptæ, & universalis consuetudinis. Tandem sub mortali ieiunandum est in vigiliis S. Ioannis Baptiste, S. Laurentii, & festivitatis omnium Sanctorum pariter ex universalis fidelium consuetudine. Si vigilia S. Ioannis Baptiste incidat in festum Corporis Christi, feria iv. ieiunandum est; ut patet ex Bulla Urbani VIII. que incipit *Omnia*, data anno 1638. Hæc sunt ieiunia ab universa Ecclesia sub mortali observanda. Si quæ olim alia in usum erant, nunc antiquata sunt.

II. Recentissimis ieiuniorum diebus, ostendendum nunc restat, quando abstinencia a carnibus obliget sub mortali, sive vi legis, sive vi consuetudinis. Alicubi consuetudo obtinet abstinendi a carnibus in tribus diebus Rogationum: in aliis provinciis ieiunatur feria secunda, & quarta: & in aliis tantum in vigilia Ascensionis: ac tandem in pluribus regionibus omnibus his tribus diebus carnes comeduntur. In Lusitania tenentur ieiunium eod. maxime in pervigilio Ascensionis. Quare quique iuxta patriæ morem observare debet. Olim fideles ieiunabant feria iv. & vi. & fabbato, ac integro Adventu; & consequenter a carnibus abstinere. Sed hæc consuetudo iam penitus obolevit. Nunc solum consuetudo obtinet abstinendi a carnibus diebus fabbati, & veneris. De fabbato tamen varia est consuetudo. Nam Galli, & Belgæ carnes comedunt fabbati a Nativitate Domini usque ad Purificationem; ut testatur Paludanus, Covarruvias, & alii: similiter Hispani, licet fabbati a carnibus absolute abstinere, comedunt tamen extremitates animalium, ex-mediam, seu intestina omnia. Alique tamen provincie etiam ab his abstinere. Fideles aliarum regionum fabbati omnibus a carnibus, etiam ab intestinis, abstinere. Quare locorum consuetudines servandæ sunt. Ubi viget consuetudo abstinendi a carnibus, obligat sub mortali. Ubique locorum fideles abstinere diebus veneris a carnibus ex universalis Ecclesiæ consuetudine, que obligat sub

culpa gravi. Excipitur solus dies veneris, in quo recurrit festum Natalis Domini: in eo enim licitum est carnes comedere, ex privilegio, quod habetur in cap. Explicari de observatione ieiuniorum num. 3. in quo hæc legitur. Explicari per Sedem apostolicam (inquit Honorius III.) postulasti. *Ecce Respondimus*, quod illi qui necesse, nec regulari observatione ieiunii adstricti in feria sexta, si festum Nativitatis dominicæ die ipso ventre contingit, carnis usus excellentiam videri possunt secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt qui ob devotionem vultum abstinere. Idem dicendum, si festum Nativitatis incidat in diem fabbati: ex universalis enim consuetudine etiam hoc die carnes comeduntur, quoties Nativitatis festum recurrit.

III. Quæst. I. An Regularis, qui regulari observatione adstrictus sunt abstinere a carnibus, possint die veneris, in quo celebratur festum Nativitatis Domini carnes comedere? Resp. Regularis qui vi voti, aut præcepti obligantis sub mortali, tenentur abstinere a carnibus, & ieiunare die veneris, iuxta communissimam sententiam non possunt in præfato die, etiam si incidit festum Nativitatis Domini, carnes comedere. Difficilis est de Regularibus qui solum ad ieiunium, & abstinendum tenentur vi Constitutionum, que ad culpam non obligant, ut sunt Prædicatores, Sylvestri verb. Ieiun. num. 28. cui adherent alii, iulianus Prælatorum, qui valet ceteris diebus dispensare in eia carnium, posse quoque in dicto die: *Quia*, inquit, cum ubi sint esse prohibitiones, tollit Ecclesiæ, & Religiosis, sublata prima per Ecclesiam, stat solum secunda, super quam potest Prælatorum. Hanc opinionem defendunt etiam Wigandt tract. v. exam. iv. num. 102. Salmanticenses tract. xxiii. cap. xi. punct. 5. §. 2. num. 106. Sed omnes Auctores isti innuuntur fallissimum principio. Quoniam, ut ex relata concessione Honorii III. constat, privilegium comedendi carnes illis solis conceditur qui vel ex voto, aut ex regulari observantia non tenentur abstinere: *Qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti*. Eos ergo excipit Pontifex a suo privilegio qui non modo voto, sed etiam regulari observantia obstricti sunt abstinere a carnibus. Quo ergo fundamento adest Sylvestri, & Salmanticenses, esse duas prohibitiones, Ecclesiæ, & Religiosis; & sublata prima, remanere secundam; cum Pontifex conceptis verbis declaret, se non auferre primam, ubi est secunda? Si privilegium absolutum esset, omne-

omneque indiscriminatim dispenseret in esu carniū; interpretatio date locus esset, nempe, sublata universaliter lege ecclesiastica, remanere duntaxat constitutionem monasticam. Sed privilegium conditionatum, seu, ut ita dicam, hypotheticum est: dispensat enim in hypothēsi quod vi alicuius voti, aut regularis observantia non sit obligatio abstinētia. At, inquit Salmanticenses, Pontifex declarat in dicto capite, legem abstinētia carnibus esse ex consuetudine contraria totius Ecclesie derogatam; & solum relinquit obligationem regularis observantia. Verum, ut salutas istius assertiois evidenter pateat, non aliud agitur, nisi ut sanis oculis privilegium legatur. Tedi enim repetere, Pontificem declarasse, eos solos posse secundum consuetudinem Ecclesie generalis vesci carnis in Nativitate Domini, de veneris recurrenē, qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti. Hanc nostram sententiam propugnat primus benignitatis moralis patronus Bartholomæus Medina in *instructi. Confess. Lib. I. cap. xiv. §. 10.* cuius verba isthuc transcribere lubet. *Dubium est an possit eam (carnem) comedere qui regulam D. Dominici professi sunt. Ratio dubitandi adest, quoniam conceditur privilegium cunctis fidelibus, nobis autem prohibetur comedere; sed nec quicquam propter vestras constitutiones, nequaquam ad culpam obligantes. Ergo carnes edentes non facimus contra commune præceptum ieiunii, sed contra nostras constitutiones tantum. Ita visum est nonnullis viris nimis deservis, ut est Sylvester, & P. Franciscus a Victoria. Sed contrarium nobis certius videtur. Nam dicitur privilegium, ut possit quis vesci carne illa die veneris, nisi aliquis sit cui ex voto, aut regulari constitutione prohibetur comedere. Nobis igitur, hanc habentibus constitutionem, non prodest hoc privilegium, & sic remanet ratio iuris communis in suo antiquo vigore, & de iure communi est ut non comedatur caro die veneris. Religiosus ergo sancti Dominici non potest illa vesci, cum tale non habeat privilegium. Nequeunt ergo Superiores Ordinis Prædicatorum cum quoquam, sublata infirmitatis causa, dicta die dispensare in esu carniū. Et reipsum nunquam dispensant, ut publice carnes comedantur. Quod tamen, si privilegium illis haberet, præstare possent. Siquidem finis privilegii eo spectat, ut publica populi lætitia magis solemne reddatur festum: seu propter excellentiam festi, inquit privilegium, conceditur fidelibus publica talium epularum, carniūque comestio. Si ergo Prælati reli-*

gioni sibi vertunt dispensare cum tota communitate in tali die; graviori crimini sibi ducere debent aliquibus privatis talem concedere facultatem: quoniam privatam, non commune festi gaudium spectat. Quod autem constitutio obliget sub culpa nec ne, nihil refert. Quandoquidem Pontifex le dispensare declarat solummodo eos qui nec voto, nec regulari observantia adstricti sunt carniū abstinētia. Quod vero hæc regularis constitutio, præscribens carniū abstinētia, nullo modo obliget sub culpa, vel obliget sub culpa veniali (ut ut res ita se habeat) non tollit quominus impedimento sit, ne privilegium præfatis ligamē devinctis habeat. P. Magister Thomas Milante *exercit. xxi. in propositi. Alexand. VII. minus sincere exponit pontificium privilegium, ut laxam, & salam, meo quidem iudicio, opinionem defendat.* Narrat, Pontificem excipere eos Regulares qui vel voto, vel Regula abstinēt a carnis. Dominicani nec vi voti, nec vi Regula, sed tantum vi *Constitutionum* a carnis abstinēt. Ergo ut privilegio valeat. Egregia interpretatio, quoniam Pontifex summus in antecessum præfocavit, dum inquit, qui nec voto, nec regulari observantia sunt adstricti. Magister noster contendit, abstinētia magistrorum non esse regularem observantiam. Cur? Quia hæc non est a Regula, sed a *Constitutionibus* est præscripta. Referti ne hæc commenta valent, quin derideantur? Pontifex summus, ut verus, & legitimus ecclesiasticæ consuetudinis interpres, a privilegio omnes eos excludit qui aut vi voti, sub gravi culpa obligantur, aut vi regularis observantia a carnis abstinēt. Dominicani vi regularis observantia carniū abstinētia sunt adstricti. Ergo vi citati privilegii nequeunt præfatis diebus eadem comedere. Quod hæc regularis observantia præscribitur vel a Regula, vel a *Constitutionibus*, perinde est. Et distinctio P. Milante vana omnino est, & arbitraria. Quare contraria opinio, ut ego quidem sentio, nullo fruitur vere probabilitatis gradu.

IV. Quæst. II. An qui vi voti tenetur ieiunare qualibet feria sexta, tenetur ieiunium observare, etiamsi in eam incidat festum Nativitatis Domini? Resp. Nisi votum præfatum dicto exceperit, tenetur ieiunare, ut ex recitato privilegio clare colligitur. Et sane votum ieiunandi omnibus sextis feriis est certum, est de re bona, est abstinētia. Quare ergo ratione extimi votens, necesse est observantia? An quia expresse dictum diem non

con-

comprehenderit? Sed qui omnibus sextis feriis ieiunare vovit, nullam feriam sextam excusat.

V. Obicitur Molina, Diana, Azorius, & alique. Sub generali promissione illa non veniunt quæ, si singillatim propofita essent, non promitterent. Sed, si dies Nativitatis Domini votivis menti occurrisset, verisimilius est quod votens præfatum diem sub suo voto non comprehenderit. Igitur dicendum, reipsum illum diem non includi in tali voto. Item nemo præsumendus est voluisse esse onerosi propriæ familie. Estet autem eiusmodi votens, si sexta feria solus ieiunaret. Resp. Si vera esset prima propositio, actum esset fere de omnibus votis, in quibus plures superveniunt circumstantiae minime prævitæ: neque tamen ob id vota cessant, ut communiter Theologi docent. Secunda quoque propositio inepta est: tum quia, etiamsi vera esset, nihil concluderet: plures siquidem circumstantias implere tenentur votentes, quas vi prævidisset, certe eas a votis suis excludissent: tum quia gratis aseritur quod votens verisimiliter excludisset illum diem Nativitatis, si advertisset, si prævidisset. Cur quæro hoc? Num quod circumstantia mala sit? Num quod nemo vocat ieiunare tali die? Hæc solummodo possent esse fundamenta talis præsumptionis. Sed hæc erronea sunt: quia & circumstantia est de re optima; & reipsum Pontifici supponit, aliquos fideles vovere ieiunium certum in tali die; cum eos excipiat qui voto ligantur. Præterquamquod ignorat ne fideles identidem recurrere festum Nativitatis die veneris? Secunda obiectio præcedente melior non est. Personale siquidem ieiunium non est onus adeo grave familie, ut obligationem voti dirimat. Nonne, si votum qui emittet ieiunandi die dominica, teneretur illud implere? Certe familie onus ab observantia non excusaret.

## CAPUT XVIII.

De hora qua ieiunii, & abstinētia obligatio incipit, & desinit. *Feria hæc de re questionibus resolvuntur.*

I. Omnes affirmant, ieiunii ecclesiastici obligationem incipere a puncto mediæ noctis, & eodem puncto mediæ noctis sequenti desinere. Punctum sive inceptiois, sive terminationis mediæ noctis nequit,

ubi horologia non sunt, computari mathematicè, sed moraliter, iuxta commentum incolarum existimationem. Ubi vero horologia sunt, illorum indicationi mathematicè non fidemus: quia, licet horologia communiter non indicent mathematicè punctum temporis, quod fluit; indicant tamen horam, cui fideles stare debent. In hæc sequitur finem instituta sunt horologia. Et hæc certa funt apud omnes. Idcirco ad ea resolvenda accedimus que in controversiam vocantur.

II. Quæst. I. An in ultima nocte bacchanalium canam differre post mediam noctem licitum sit illis qui usque ad mediam noctem ludis, & salationibus vacant? Resp. Me sane puderet hæc proponere questionculam, quæ sua facilitate evanescit, quæve Christianis indecora est. Verum, quia Pasqualigus eam proponit, & quod peius est, eam defendit *deest. clix. num. 3.* idcirco sub examine illam vocavi. Dico itaque, minime licite prodicere certam ultra mediam noctem in dicta ultima nocte hæc bacchanalia. Quandoquidem certum est diem cinerum incipere in mediæ noctis ultime bacchanalium puncto. Ergo certum est pariter eodem momento incipere ieiunii obligationem. Ita sentiunt omnes Theologi. Quare Pasqualigus opinio a Diana, Leandro, ceterique Theologis, tamquam falsa, improbabilis, & fidelium pietati contraria, rejicitur. Quærit enim solet, num detur parvas materia in anticipatione, vel protrahente cœna post mediam noctem. Adfirmat Pasqualigus *deest. clix.* & hæc parvitatem temporis esse spatium infra horam. Negat Leandro *mod. v. disp. vi. quæst. xviii.* dari parvitatem materiam. Inter has duas extremas opiniones diligenter ieiunium naturale, quod necessarium est ad communionem, in quo nulla datur parvas materia; & ieiunium ecclesiasticum, in quo, sicut in ceteris, videtur posse admitti materiam parvas. Si enim in omnibus præceptis positivis datur parvas materia; quidni in præcepto ieiunii quantum ad eius intentionem, & terminationem? Sed hæc materia parvitatem infra dimidium quadrantem ego contraherem.

III. Obicit Pasqualigus. Dies cinerum non incipit, nisi post mediam noctem ultimam bacchanalium: quia consuetudine veterum est ut iulus, salationes, & alia humilissimi procedantur ultra mediam noctem. Quis præsumendum est, benignam matronam Ecclesiam nolle obligare fideles ad ieiunium a puncto illius mediæ noctis incipiant. Resp.

Pro-

Productio saltationum, ludorum, aliarumque oblationum ultra mediam noctem, non consuetudo, sed profanus abusus est, homine christiano indignus. Non solum autem Ecclesia in eiusmodi relaxatione non consentit, sed expressè illas damnat.

IV. Quæst. II. *An qui dubitat, num sit nec ne media nox, comedere possit, quando die sequenti ieiunare debeat?* Resp. Probabiliter dubium propositum distinguitur, & aju- tur: Si hodie est preceptum ieiunandi, dubitatur de medie noctis adventu, non potes comare, & carnes comedere: quia tunc possidet ieiunii preceptum, non libertas. E contrario, si crastina die est ieiunandum, & dubitas hodie de auditione, seu puncto medie noctis, potes in hoc casu comedere: quia, inquit, in dubiis melior est conditio possidentis: in casu autem posito libertas possidet: dubium enim est, inquantum, ieiunium incepisse. Hæc sunt mera probabiliter inventa, non alio iura fundamentum, nisi studio sciendi, & morem gerendi humanis appetitibus: id alibi toto calamo offendimus, ubi palam fiet, regulam illam. *In dubiis melior est conditio possidentis*, solum in iustitia materia locum habere; in ceteris autem omnibus controversiis hanc regulam solum valere. *In dubiis tunc pars est eligenda*. Quare in utroque casu proposito dicimus a cena abstinendum esse, donec dubitatio deponatur. Pariter dicimus debere abstinere a carnibus tum illum qui dubitat die iouis, tum illum qui dubitat die sabbati, num sit media nox.

V. Quæst. III. *An licet sequi usum horologiorum pro ieiunio ecclesiasticis, & civilibus pro ieiunio naturalibus?* Respond. Non licet: quia, cum horologia sint instituta ad designanda temporis spatia, eo ipso quod unum audieris, dum de illius saltate rixam non constitit, illi adherere debes, Quare falsum est quod aiunt Salmantientes num. 113, duo horologia esse duas opiniones probabiles; & posse quæque pro arbitrio modo unam, modo alteram seligere. Sed, sicut in aliis rebus dubis, ita & in hac, quod verissimiliter praderent quique iudicat, tamquam regulam fixam sue operationis, amplecti tenetur. Illud etiam est animadvertendum, quod quamvis non teneamur metiri mathematicè punctum medie noctis, quod cognoscit nequit, nisi observare, & bene perspecto stellarum cursum; debemus tamen, quoad fieri moraliiter potest, plus minusve eidem accedere, ubi non sunt horologia: ubi autem horologia sunt, mathematicè, ut diximus, horæ quæ indicant, standum est. Sed quid

dicendam de horologiis Italice nostræ? De transalpina enim nulla est difficultas: quoniam hæc revera quovis anni tempore, quatenus ars permittit, hora duodecima signant meridiem, & altera duodecima mediam noctem, Italica vero nec pro meridie, neque pro media nocte habent horam determinatam, sed iuxta diem varietatem horæ quæ meridiem, aut mediam noctem signat, mutatur. Quod negotium facillit, est, horologium Italicum, quod campanæ vocatur, diversum ab horologio solari, vigesimam quartam horam pullare media hora post solis occasum. Ex quo consequitur quod initium noctis mensurare incipiat media hora postquam reipia nox suam cursum incepit, postquamque mediam noctem signet semihora postquam reipia fluxit. Dabo exemplum. Hic Venetis horologium divi Marci solare est, pullatque horam vigesimam quartam, dum sol occidit; atque adeo illico cursum noctis mensurare incipit. Si ergo hoc horologium e.g. circa æquinoctium, hora sexta signat mediam noctem, horologium campanarum hora quinta & dimidia signare debet eandem mediam noctem: quia hoc horologium media hora post occasum solis noctis cursum cepit mensurare; quæ media hora, cum & ipsa noctem composita, debet in partitione noctis computari. Non computaretur autem, si tam horologium campanarum, quam solare eadom hora sexta mediam noctem indicarent. Hæc dicta sint pro his qui Calendarium componunt, & horologia dirigunt. Nam Venetis solum horologium D. Marci regula recta est pro ieiunii tum ecclesiastici, tum naturalis observantia. Et ii qui hæc sciunt diversiter, tenentur se esse conformare ad horologium D. Marci. Si omnia horogia, quemadmodum transalpina, diem, noctemque metirentur, nulla foret difficultas.

VI. Quæst. IV. *An, si quis, dum cenat, audiat pulsus designantes mediam noctem, teneatur desistere a cena, si die sequenti sit ieiunandum?* Resp. Negat Pasqualius. *desist. 160.* debere cœnans audit pulsus horologii, quando cœnans audit pulsus horologii, est in possessione sue libertatis; tum quia, quando res incepta est, acquirit ius quædam terminationem. Diana hæc, aliquid eisdem Pasqualigi opiniones similes, tamquam falsas reiciendas, afferit tract. iv. resol. 38. *Verum, inquit, hæc opiniones refuldendas esse pato: sunt enim contra omnes Doctores, & contra praxim, & communem sensum annuum fidelium.* Si per ipsum Diana-

nam opinio Pasqualigi proflus improbanda est, tamquam omnibus Doctoribus contraria; quid amplius requiritur ad eam impugnandam? Debet itaque Christianus in præfato casu a cena cessare. Ratio evidens est: quia, auditu pulsus horologii indicante mediam noctem, statim incipit dies sequens: ergo incipit obligatio ieiunandi. Si autem prosequeretur cœnam inceptam, comederet intra-tempus in quo erget præceptum abstinendi a cibo. Ratio autem obiecta a Pasqualigo falsa est. Cœnans siquidem solum est in possessione continuandi cœnam usque ad mediam noctem signatam per pulsus horologii. En quo usum possessionis favoris libertati extendunt. Ad secundum negatur, rem inceptam acquirere ius ad terminationem sui, quando iura prohibent præfatum terminationem. In nostro autem casu præceptum ieiunii sequens prohibet continuationem cœnæ antecedentis. Inquirunt quidam, an possit expectare altimum pulsus horologii; vel, auditu primo, cessare debeat a cena, ut valeat die sequenti ad communionem accedere. Certum est quod primus pulsus ille est, qui significat mediam noctem, & indicat horam esse iam completam. Quare qui ad communionem accedere vellet, deberet, auditu primo pulsus, abstinere: quia in ieiunio naturali parvitas materia non datur. Levia sunt hæc: neque inculcandi Theologi, quod ea proponant, sed potius Christiani, qui iam omnia tempora pervertunt, & momenta carpunt quibus quæ indulgere valeant. Hæcæ querunt alii, quantum temporis insumendum sit in præfato ieiunii die. Neque a consuetudine, neque a lege designata est temporis quantitas live pro præfato, live pro cœna; solummodo statutum habemus cœnam protrahi non posse ultra mediam noctem. Aliqui plus, alii minus temporis in refectionibus consumunt. Fraus solum verita est. Quare, si quis præfatum produceret usque ad noctem, ut ieiunii incommodum evitaret, ageret contra præceptum ieiunii. Insuper temperantie regulæ præ oculis temper habenda, & maxime ieiunii tempore observanda sunt. Quæpropter plurimorum, potissimum nobilium, mos protrahendi oppipara præfata ieiunii tempore ad plures horas omnino improbandus est. Quoniam tempus ieiunii tempus est penitentia. Et tamen, o tempora, o mores! nunquam fortassis coquunt tam vixos essent odores, nunquam coqui diutius ingenia torquent, nunquam artis hæc delicatiora inventa exequentur frequentius, quam in quadragesimali ieiunio. Sed qui hæc peragunt, parvi fa-

ne faciunt salutis suæ unicum, maximumque negotium.

## CAPUT XIX.

*De personis que ad ieiunium obligantur. Plures quasi ieiunium resoluuntur.*

I. NON una est Catholicorum sententia de tempore quo præceptum ieiunii adstringere incipit iuvenes, & desinat obligare senes. Sed, varis opinionibus prætermisiss, divi Thomæ sententiam, communi Theologorum consensu firmatam, amplectimur. Angelicus autem non obligat fideles ad ieiunium, nisi post expletum annum vigesimum primum: & hæc sue sententia rationem prodit 2. 2. quæst. cxlvii. art. 4. ad 2. *In pueris maxime est evidens cassitas non ieiunandi: tum propter debilitatem naturæ, & quæ presentis quod indigent frequenti cibo, & non multo simul abstempto; tum etiam quia indigent multo nutrimento propter necessitatem augmenti, quod fit de resibus alimentis. Et ideo, quamdiu sunt in statu augmenti, quod est (ut in pluribus) usque ad finem tertii septennii, non tenentur ad ecclesiasticum ieiunia observanda. Convertens tamen est ut etiam in hoc tempore se ad ieiunandum exercent plus vel minus secundum modum suæ ætatis.* Hanc divi Thomæ sententiam omnines fere Theologi excipiunt, si sermo sit de obligatione quæ oritur ex præcepto. Ceterum ex pluribus aliis titulis adolescententes ante dictam ætatem ad ieiunium quandoque obligantur. In primis obligari possunt a Superioribus, qui pro repellenda aliqua gravi calamitate ieiunium etiam pueris indifferere valent; ut libidit idem Angelicus in citata responsione ad secundum. *Quandoque tamen, magna tribulatione imminente, in signum penitentis ærthoris etiam pueris ieiunia indicuntur sicut etiam de iumentis legitur Ionæ 111. "Homines, & iumenta non in gressu quidquam, nec aquam bibant."* Sed quid, quando iuvenes valde robusti, & fortes sunt? Adfirmat Durandus in IV. dist. xv. quæst. x. art. 4. quia, inquit, res naturales non eadem celerritate, eodemque modo perveniunt ad proprium terminum, Quare, licet cum D. Thoma non obliget iuvenes ante vigesimum primum annum expletum; eos tamen qui robusti sunt, & in quibus maturæ citius attingit finem terminum augmenti, ad ieiunium adstringit. Hæc opinio Durandi satis conformis est naturali equitati. Ceterum Ecclesia non attendit ad id quod

quod in uno, aut in altero evenit; sed ad id quod communiter contingit. Adolescentes autem communiter non attingunt terminum augmenti, nisi post expletum annum vigesimum primum. Eiusmodi tamen juvenes fortes, & robusti aliquando, si in lege Ecclesie, lege tamen naturali adstringuntur cohibere concupiscentiam, carnemque moderata inedia subigere. Idcirco dictum est ieiunium abstinere iure naturali præcepti: quo remedio postea in praxi quicunque uti tenetur, prout magis, vel minus indiget. Insuper animadvertendum est, quod ait Angelicus; nempe conveniens esse, & magis proprie consentaneum ut juvenes exerceant omnes, & potissimum expleto anno quadecimo, in ieiuniis. Et sane valde probabilis mihi videtur sententia, juvenes lanos teneri, aliquibus saltem diebus, in Quadragesima ieiunare post annum quartumdecimum. Quod aperte indicat D. Thomas in IV. dist. xv. art. 2. quæst. iij. c. in cor. sed quia, quanto ad terminum prædictum appropinquant, tanto juvenis nature magis reboratur, & augmentum tardius procedit, cum in quibusque primis annis perveniat puer ad mediocritatem totius augmenti, ut Phil. dicit, Ideo secundum quod magis appropinquat ad prædictum terminum, sunt eis ieiunia magis commensuranda. Hanc obligationem, non tam ex Ecclesie præcepto, quod communiter tenent fidelium spectat, quam ex iure, & æquitate naturali, & ex necessitate mortificationis in juvenibus repetit. Parochorum vero, Confessoriorum & parentum est ipsos imbueri, & hanc obligationem docere. Si enim illi narrat privilegium quæda præcepto Ecclesie eos eximit; potiori iure illis ob oculos ponere debent necessitatem & se adjuvanti obervantia præceptorum Ecclesie, & comprimendi rebellionem appetitum, & carnem spiritui subigendi. Quodnam, quælo, nature juvenum post annum quartum decimum nocuumtatem inferre potest unum vel alterum ieiunium in hebdomada? Valde vero conferre potest tum ad adjuvantiem, tum ad concupiscentia refrenationem, Ieiunare etiam tenentur juvenes, si votum ieiunandi aliquot diebus emittant. Item, si Confessarii pro criminibus poenitentia aliqua moderata illis ieiunia imponant, ea implere adstricti sunt. Quamvis autem juvenes non obligentur communiter ad ieiunandum, nisi expleto tertio septennio; tenentur tamen abstinere a carnibus, aliisque cibis vetitis, sicut ac usu rationis prædicti sunt; quod circiter septennium primum contingere solet: peccantque qui illis cibos veti-

tos subministrant. Tandem adolescententes soluti sunt ab obligatione ieiuniorum, sive communitatis, sive Synodi: quoniam, si ob defectum ætatis liberi sunt a præcepto universali Ecclesie; multo magis immunes erunt a voto, vel præcepto peculiari alicuius civitatis, vel Synodi.

III. Quæst. I. An iuvenes qui expleto annum vigesimum primum, vel post inceptam Quadragesimam, vel post horum tertium diu ieiunii, ad ieiunium tenentur? Resp. Omnes communiter adfirmant, eos qui post inceptam Quadragesimam completum tertium septennium, ad ieiunium teneri, si vel unicus dies superesset post annos expletos. Ratio evidens est: quia præceptum Quadragesimæ individuum non est, sed integrale, rediens quadraginta dies tamquam partes. Qui ergo non potest totum, tenetur ad partes, quas implere valet; ut superius dictum est. Circa secundum membrum quæstii diffidendum est inter Auctores. Leander tract. v. disp. viii. quæst. xii. contendit, non teneri ad ieiunandum iuvenes qui post inceptum ieiunium diem atatem ieiunandi complent. Sed communiter, & probabilior est sententia opposita, quam defendunt Sanchez Lib. II. de matrim. disp. xxv. num. 23. Bonacina disp. ut. de præcept. Ecclesie, punct. ult. num. 7. Letana ver. Aetas. Portel in dub. Reg. verb. Ieiun. Salmanticenses tract. xxiii. cap. 11. punct. 6. num. 120. Ratio est: quia eo momento quod proxime consequitur annum vigesimum primum, præceptum ieiunii obligare incipit ergo, quæcumque die hora, sive tertio, sive sexta, sive nona anni compleantur, præceptum statim adstringit. Et reipsum in susceptione Ordinum, in professione religiosa, in matrimonio anni computantur a momento in momentum. Nec alicuius ponderis est ratio Leandri, nempe præceptum ieiunii recipitur integrum diem, ut individuum obiectum. Quoniam lapsus dictum est, & præcepta morum moraliter accipienda esse, & secundum regulas prudentiæ. Præceptum ieiunii obligat per integrum diem eos qui per integrum diem ieiunare possunt, & tenentur; alios autem obligat iuxta eorum statum; ut patet in illis qui discedentes a loco ubi non est ieiunium, & pergentes ad locum ubi præceptum urget ieiunandi, ad ieiunium tenentur.

IV. Quæst. II. An Regulares professi tenentur ad ieiunia Ecclesie ante expletum annum vigesimum primum? Respond. Communis sententia docet, præfatos Religiosos non

non teneri: quia eadem ratio est de iuvenibus religiosis, ac secularibus.

V. Quæst. III. An Regulares iuvenes, nondum expleto tertio septennio, tenentur ad ieiunia Regulari quam professi sunt? Resp. Medina in Instrucl. Conf. Lib. I. cap. xiv. §. 10. cum paucis aliis negat præfatos iuvenes teneri. Sed hac opinio evidenter falsa est: & idcirco communiter Theologi eam improbant. Quandoquidem quicunque ante vigesimum primum annum votum emittere potest ieiunandi. Si voto ieiunii sponte quicquid se obligare potest, quod merito negat; cur non obligatur, quoties voto legetur obligatur observare Regulam, quæ ieiunia præscribit? Sed Regulares iuvenes professi votum emittunt conformandi vitam suam ad Regulam, quam professi sunt, præscriptam. Ergo tenentur servare ieiunia quæ Regula præcipit sub eo onere quod Regula imponit. Si Regula præcipit observari ieiunia tum Ecclesie, tum alia quæ ipsa præscribit, sub morali, ut Regula S. Francisci; tenentur sub mortali: si sub veniali, ut Regula Carmelitarum; tenentur sub veniali: si sub sola poena corporali, sicut sub poena culpe etiam levius, ut Regula Prædicatorum; tenentur sub præfata poena. Sanchez Lib. VII. cap. xi. num. 56. Acotius Lib. VII. cap. xxviii. quæst. 11. Ledema II. Part. tract. xxvii. cap. 11. concl. 5. diffidit. 2. Villalobos tract. xxiii. diffidit. 4. num. 5. Egundez de 4. præcept. Eccl. Lib. I. cap. viii. num. 8. Letana verb. Ieiunium. Trullenchus Lib. III. in Decal. cap. 11. dub. 1. num. 1. Sylvius 2. 2. quæst. cxlviii. artic. 4. Reginaldus Lib. IV. cap. xviii. num. 208. Leander tract. v. disput. viii. quæst. ix. Wigandus tract. v. exam. iv. num. 88. Sponer in append. ad 4. præcept. Decal. sect. 4. num. 49. Salmanticenses tract. xxiii. cap. 11. punct. 6. num. 121. & communiter alii omnes, paucis exceptis. Quare nullo modo reputanda est probabilis contraria sententia; licet probabilem eam appeller, & ut talem lectioribus suis proponat P. Viva quæst. x. art. 6. num. 4.

VI. Quæst. IV. An dubitans, non annum vigesimum primum expleverit, tenetur ieiunare? Resp. Negat communiter Probabiliter; illi principio nixi, quod in dubio melior est conditio possidentis. Sed quia nos hoc principium in sola iustitie materia valere, suo loco demonstrabimus; idcirco nunc asserimus debere præfatum dubitantem ieiunare ob illud verissimum, & universale principium, quod in dubiis tertio pars est eligenda.

VII. Quæst. V. Num senes qui annos sexaginta compleverint, soluti sint a lege ieiunii? Resp. Solutos esse a ieiunii lege veteratalexagenaria senes, non modo debiles, sed & robustos, forteque, eo modo quo liberi ab eadem lege iuri iuvenes ante annum vigesimum primum, docent plurè recentēs, Trullenchus Lib. III. in Decal. cap. 11. dub. 7. num. 3. Granados 1. 2. contr. 7. tract. 111. disp. vi. quæst. 1. sect. 5. num. 35. Leander tract. v. disp. viii. quæst. xvii. Salmanticenses tract. xxiii. cap. 11. punct. 7. num. 150. ubi referunt declarationem viva voce datam a S. Pio V. Sponer in append. sect. 4. num. 50. Viva quæst. x. art. 6. ex auctoritate Dnæ.

VIII. Senes ratione gratis sexagenario nullo modo exculantur a ieiunio. Idcirco enim exculantur iuvenes, quia certum est eos crescere, eorumque naturam augeri; & consequenter nutrimento indigere frequentius. Quapropter D. Thomas, alique sancti, quæque Theologi declarant, iuvenes ante annum vigesimum primum solutos esse a ieiunii lege. Nemo autem neque sanctorum, neque graviorum Theologorum eximit senes sexagenarios; nec leprogenarios a ieiunii lege ratione præfate gratiæ; sed folum frequentius exculantur senes, quia frequentius in senectute occurrunt causæ dispensationis. Sic docent sancti, & antiqui Doctores. S. Vincentius Ferrerius serm. 1. ser. 4. emer. A ieiunio exculantur senes in certa ætate, scilicet quando habent talem senectutem, quæ auferat ab eis appetitum comedendi, vel quia perdidissent dentes, & comedunt sepe, vel spiritus sicut faciat pueri. Sed senes obrogant amorem, vel amplius, qui semel bene possunt comedere, tales non exculantur in aliquo prædicto; quin ipsi peccant mortaliter: & ideo cum diligentia omnes ieiunemus. S. Antonius II. Part. tit. vi. cap. 11. §. 6. inquit. Senes, si sunt multum debiles, eo modo possunt exculari, sicut dictum est de infirmis. Ratione autem senectutis tantum non excusantur, si sint fortes ad sustentandum ieiunium. Nec est determinata ætas ab aliquo iure quæ quos annos quisque tenetur ad ieiunium. Navarus hanc eandem defendit sententiam in Man. cap. xxii. num. 16. Impotentia eximit ab hac lege pueros usque ad vigesimum primum annum; hoc eadem eximit sexagenarios senes secundum communem: quamvis sanctus Thomas nihil de hoc dicat: & merito, quia, ut ibi ait Carianus, alii alii citius sunt ad id impotentes: & ideo arbitrio prudentis, aut superioris id relinquendum est.

est. Et quidem (gratia Deo) octuagesimum annum agens perinde possum ieiunare, ac cum agerem sexagesimum, immo & quinquagesimum. Ioannes Pontas, qui nostram, communemque sententiam delendit, post relictum Navari delirium testimonium de ieiunctio habet addit verb. *Ieiun. cal. 18. Idem de nobis affirmare possimus, qui octuagesimum septimum ætatis nostre annum ieiunari ann. 1725. attingimus.* Omnes fere senes quos ipse agnovit, & agnovit, exceptis debilibus, & infirmis felices quam iuvenes viginti quinque, & triginta annorum, & vii quinquaginta annorum, ieiunant. Quare, ut dixi, hæc nostra sententia communissima est penes graviores Theologos. Sylvester verb. *Ieiun. 2. 2. quæst. cxviii. art. 4. Medina in Instruct. Conf. Lib. 1. cap. xiv. §. 10. Ludovicus Lopez II. Part. Instr. tract. de pen. cap. 111. Toletus Lib. VI. Sum. cap. 14. num. 2. ambigue tamen loquitur. Armilla verb. Ieiun. Layman Lib. IV. tract. viii. cap. 111. num. 1. Valentia 2. 2. disp. ix. quæst. 11. punct. 5. Tannerus disp. 11. quæst. 111. dub. 3. num. 192. Lessius Lib. IV. cap. xviii. sect. 1. num. 229. Azorius Lib. VII. cap. xviii. quæst. 1. Villalobos Tom. I. tract. xxi. diff. 4. num. 6. Bonacina disp. sit. de præc. Eccl. quæst. 1. punct. ult. num. 4. Ledetina Tom. II. Sum. tract. xxvii. cap. 11. dub. 3. Ioannes a Cruce Part. I. direct. præf. 11. art. 4. dub. 9. concl. 2. Fernandez Part. II. Sum. cap. viii. §. 2. num. 20. Wigandt tract. v. exam. iv. num. 91. Paulus Gabriel Antoine in append. de ieiun. quæst. vii. Unde contra opinio nullo probabiliter gradu fruitur. Dum hæc scribo, sexagesimum annum ago, & felicius nunc quam ætate triginta, vel quadragesima annorum ieiunia observo. Quare opinio opposita pugnat cum experientia, pugnat cum doctrina SS. Patrum. Unum aliquid legare basillum sufficit. *Scilicet, assensu ac famularitate ab antiquo ad ipsum (ieiunium) Ieiun. facti laborant. Iern. 2. de ieiunio.**

IX. Obiiciunt PP. Salmanticenses tract. xxviii. cap. 11. punct. 7. num. 130. S. Pius V. anno 1570. de hoc interrogatus, viva voce respondit, esse excusatos; ut testatur Llamas III. Part. methodi cap. v. §. 20. Ergo ita teneandum est. Fateor me, legentem hanc decretoriam decisionem, Llamas auctoritate unice fultam, maximam erga talem Auctorem concepit eximiam, eumque reputasse primi subleji Doctorem. Et, cum mihi ignotus esset, eius librum sollicitè conquisivi; ac præter expectationem reperi Sum-

mulam parvulam, seu collectionem quamdam dubiorum, ex aliis Auctoribus confarctatam. Quæ hæc de re habet, illuc transcribo, ut inde lector colligat, quanti sit faciendus Llamas iste. Parcat lector, si prolixior fuero quam oporteat: quia a multis adductis fuero, plurimos auctoritate Llamæ decepti. Non etiam (inquit loc. cit.) secundo obligantur ieiunatis ecclesiasticis senes: qui autem senes dicantur, & in qua ætate docebuntur, nemo dixit determinatè hucusque, neque aliquo iure cautum vides, nec taxatum. Tamen gratias Deo, quod decempe regula tribuitur certa, a Summo Ecclesie Pastore decreta, Pius enim quintus, sanctissimus Pontifex, anno 1570. viva voce, tum etiam in bulla Cruciate, ab eodem concessa anno 1569. & anno 1570. decrevit homines sexagenarios ad ieiunium non teneri: ex Ecclesie præcepto. Excipit enim illos, etiam si Regulares essent, ab abstinentia ovorum, & lactiniorum in Quadragesima, cum aliis Regularibus omnino extra privilegium quoad hoc relaxari, etiam accipientes Cruciatam. Insuper interrogatus viva voce afferat, & certe satis fuisse: nam, cum infirmitas a ieiunio liberet, & sanctus infirmitas magna sit, immo infirmitatum congeries & incurabilis morbus, ut optime Cæteranus in Summa verbo Ieiunium, lactiniorum modo annis 60. taxatur, qui medius est hinc præcipue temporibus debilissimus, quibus vix ad talem ætatem pervenitur, nec dicam robuste ad ieiunandum viritur. Omnia verba transcribere placuit, ut inde colligat, Salmanticenses fidem nimis cæcæm adhibuisse Llamæ, quem ipsos non lesisse probabile est; sed de more apud alios citatum restitisse illius testimonium, ex quo intulerunt: Ergo ita teneandum est. Sed verba Llamæ expendamus. Pius V. anno 1570. viva voce, tum etiam in bulla Cruciate, ab eodem concessa an. 1569. & an. 1570. decrevit homines sexagenarios ad ieiunium non teneri ex Ecclesie præcepto. Excipit enim illos ab abstinentia ovorum. Quot fastitates, quantum confessionis, quot disparata topilmata paucis in verbis? Statuit, & viva voce, & bulla Cruciate Pium V. dispensasse sexagenarios. Bulla Cruciate, Hispaniæ, Lusitanie, alisque paucis provinciis concessa est. Illud viva vocis oraculum est ne univerfale pro omnibus fidelibus, pro quibus certe non est bulla Cruciate? Cur cum bulla Cruciate copulatur illud viva vocis oraculum? Deinde que documenta producantur, quæ testimonium in confirmationem illius viva vocis? Nulla. In re ergo tanti momenti, qualis est declaratio doctrinalis pontificiæ, unus

Sum-

Summitæ confusissime narrationi standum erit? Quid quod Navarrus, Auctor gravissimus, & Pio V. Iuppator, difficultatem hanc verians, illius viva vocis nec verbum movit, facturus certissime, si vera fuisset talis vox? Quid id quod repita eam impugnat? Aut nomenclaturæ in *Mov. cap. xxi. num. 16. nihil de hoc determinat.* D. Thomam, & merito, inquit, quare illi citatus, alii tardius insenscunt: quare id arbitrio prudentis relinquendum concludit. An, si Pontifex summus suo tempore declarasset, sexagenarios ad ieiunium non teneri, allerisset id incertum esse Navarrus? qui tempore Pii V. Romæ degebat, ipique Pontifici, ac illius successioribus percaras fuit (ut legitur in illius Epitaphio apud Bellar. de Script. edit. Venet. *Martinus Navarrus. . . . Romanus professus, Pio V. Grego. III. Sixto V. P. P. M. M. carus.*) Nonne hoc satis ellet ad reticendum, tamquam fallam, & arbitrarium, Llamæ narrationem? Verum Llamas ipse sic se manifeste falsitatis reum prodit. Ait, in bulla Cruciate Pium V. declarasse, sexagenarios ex præcepto Ecclesie ad ieiunium non teneri. Ut falsitas evidens evadat, integrum bullæ paragraphum transcribo, Item, ut dicto anno durante in omnibus & singulari regnis, insulis, locis, terris, oppidis, & dominiis predictis (& non extra illa) carnisibus de consilio utriusque medici temporibus ieiuniorum octus anni, etiam quadragesimalibus veset, ac pro eorum libito ovis, & lactinioris, ita quod qui carnes considerent, servati in ceteris ieiunio ecclesiasticæ formæ, dicto ieiunio satisficere consantur. Et iudicis hoc indubio ascendit carnisibus, ovibus & lactinioris comprehendantur omnes cuiusvis militie regularis. Patriarchis vero, Archiepiscopis, alisque inferioribus Prælati, nec non aliis personis regularibus, & qui in ordine presbyteratus fuerint secularibus id minime conceatur, nisi sexagenarii fuerint. Duas itaque falsitates scribit Llamas. Prima est, quod afferit Pium V. declarasse, sexagenarios ex præcepto Ecclesie ad ieiunium non teneri. Ubi in toto illo paragrapho vel minimum verbum de præcepto Ecclesie? Quin Pontifex conceptis verbis docet, privilegium retinendi ad illa determinata pauca regna, & non extra illa. Sermo est igitur de ieiunio privilegio indolto illis regnis quibus bulla Cruciate concessa est. Falsus est erga Llamas ex hoc capite, dum asserit, Pontificem declarasse, ex præcepto Ecclesie sexagenarios non teneri ad ieiunium. Quod plura? Falsus quoque est, asserens, vel vi ipsius bullæ Cruciate Pontificem dispensasse sexage-

Conc. Theol. Tom. V.

arios a ieiunio. Solum namque eos excimit ab abstinentia a carnisibus, & lactinioris; ut ex sola lectione citari textus patet. Porro ex concessione lactiniorum inferre dispensationem a ieiunio est consequentia disparatissima, propria Summitæ Llamæ; non declaratio pontificia. Si vero hic Summita non erubuit evulgare bullæ, non sentium modo, sed narrationem de præcepto Ecclesie, & dispensationem a ieiunio omnino fallam asserere; anne debita habenda ei erit in arbitraria asserione de viva vocis oraculo? Quid, si vellent alias lubere evidentiissimas falsitates, quas Auctor iste, non dico in tota sua Summita, sed in hoc ipso de ieiunio tractatu vendicat pro veris? Anticam sufficit indicare, quam eodem Pio V. & Gregorio XIII. & Sixto V. aliique Pontificibus adhibuit, dum loc. cit. §. 26. non erubescit asserere, tamquam rem certam, præcatus Pontifices declarasse & viva vocis oraculo, & bulla Cruciate quod illi qui sunt dispensati a carnisibus, sint dispensati quoque eo ipso a ieiunio. Quod, ut dixi, evidentiissima falsitas est. Quoniam, ut vidimus cap. iv. Gregorius XIII. aperte asserit opusculum in sua bulla Cruciate, ut est apud P. Gravolon collog. vi. in hist. seculi 16. sic enim legitur, . . . ita quod qui carnes considerent, servati in ceteris ieiunio ecclesiasticæ formæ, & si univervis ille paragraphus præfate bullæ perpendatur, particulam non typographorum obtentantia irrepit in eandem bullam contulit. Ut ut res illa le habeat, iudicium certissimum est, in ea bulla sermonem haberi de solis regnis, ubi eadem recepta est, & suis dubitantis. Quam ob causam P. Franciscus Vidal tract. xvii. append. 2. ad Wigandt exam. II. de bulla Cruc. quæst. 111. num. 3. docet, dispensationem per bullam cruciatam in est carnis non teneri ad ieiunium; negat tamen hinc inferri, non teneri alios qui dispensantur, non vi bullæ, sed ab Episcopo, vel ab alio superiori. Quiddid sit de hac opinione, in cuius probationem falsas omnino rationes Auctor promittit, ex eadem etiam constat, nec verbum ibi haberi de fidelibus univervis, nec de iis qui non infirmitatis titulo, sed lulommodo ob piculum, lactiniorumque fastidium carnes comedunt: quos teneri ad ieiunia Navarrus, qui præfatis Pontificibus Iuppator fuerit, & iam communitur Theologi docent. Ex quibus omnibus colligitur, Llamam, bona utique fide, ut suppono, falsitatem manifestam scribere de civilimodis Pontificibus, qui

M nec

neq. viva vocis oraculo, nec in bulla Cruciatæ concedunt quod ipse asserit. Parcat lector iusto zelo, pieque iracundia, si alpera aliquid quantumvis forte oratio: quoniam non potest non accendi Christi caritas, cum videt obruidi facta manifeste falsa, que cum magno animarum damno pro motum regulis suscipiuntur. Si enim vel ipsi Theologi Sacramentales tantum tribuant Llamæ Narmatiuncule, ut scripserint: Ita Llamas, ergo in tenendum est: quanto maiore obsequio lectores non adeo periti dicta similia Summularum suscipiunt? Verum de hoc plura fati. Solum igitur prudentum superiorum arbitrio reliquendum est, ut desinant quando senes, non ratione ætatis, sed morborum, qui proveciam ætatem comitari solent, indigent a ieiunio dispensari. Expendenda hic essent que ex aliis transcribit P. Patritius Sporer. Sed brevitas præta missa facio.

¶ Quæst. VI. Num venes regulares, expleta sexagenaria, & mulieres moniales expleta quinquagenaria ætate, exiunt a ieiunio propria regula? Resp. Leander *trac. v. disp. viii. quæst. xix. & seq.* in primis tamquam quid probabilis statuit, citans feminas quam homines senescere: & consequenter resolvit, mulieres quinquagenarias solutas esse a ieiunio lege; allegatque alios recentiores, hæc suam opinionem propugnantes; atque invenitur adversus Layman, eo quod hæc opinionem, tamquam improbabilem, rejiciat. Probabilem quoque esse hæc opinionem defendit P. Viva *quæst. x. artic. 6. num. 8.* ob auctoritatem Dianæ, ad curiam tribunal quælibet fore pagina morales quæstiones revocata. Addit P. Viva, desinere obligationem hæc in feminis quinquagesimo anno *inchoata*. Hæc sunt opiniones que populo arident. Ego autem non modo improbabilem, sed laxam, sed scandalis plenam, hæc appello opinionem, necumque appellabant omnes docti & pii, si ad id animum intenderint quod addit præfatus Leander. Quæstione siquidem sequenti in controversiam vocat, num præfati Religiosi, & Religiosæ libera sint a ieiunio propria Regula. Refert sententiam affirmantem, tum mulieres quinquagenarias, tum viros sexagenarios solutos esse a dictis ieiuniis: & fortissima distinctio præmissa, sit vi Regula obligatos esse Religiosos, & Religiosas; sed ratione sententiæ liberos esse a præfato ieiunio onere. Anne dubitandum quod ratione promissionis factæ, essent obligati Religiosi professi? Respondet recentior Casuista P. Viva

*quæst. x. artic. 4.* (ubi alios paucos, quos legit apud Dianam, citat) præsumi posse, *non esse* Regulas obligare sub mortali cum quem non sub Ecclēsia obligare. Ex *idem dicitur de sexagenaria*. Præsumendum ergo est, regulas hæc monachales non obligare sub culpa sine Religiosis? Cur? Quia sub culpa eos non obligat Ecclēsia. Quis definit, eos Ecclēsiæ non obligare? Nonne solida ratio tantæ præsumptionis? Concludit P. Viva, *qui vocis tota via ieiunare fugulis labatis, probabiliter non tenent, quando est sexagenaria*. Quod opinio isthæc, potissimum sit ad Regulares restringatur, non modo improbabilis, sed laxa, & scandalorum plena fit, manifestum est. Quandoquidem, si Sacramentales quinquagenarias, & Regulares sexagenarii exempti sunt a ieiunio Regulae proprii ordinis, quis œcenobis, & monasteriis præstabit? Hæc est enim ætas aptissima ad œcenobiorum regimen, ut omnes fatentur. Porro, ut omnes istem docent, superiora exemplo subditis suis præire debent. Quin Regula ipsa, & ordinum constitutiones a præfatis excludunt eos qui ad onera professionis implenda apti non sunt. Si ergo sexagenarii, & quinquagenarie exempti a ieiunio, quis œcenobis, & monasteriis præerit? Quis ieiuniorum observantiam promovet? An sexagenarii, & quinquagenarie, ventre pleno, subditis ieiunia prædicabunt? Hæc itaque opinio disciplinae regulari infesta est, laxitatem in œcenobis invehit, atque aures ipsas offendit. Ratio quam in mulierum favorem hæc opinio producit, inanis est. Mulieres, inquit, quinquagenarie inceptæ sunt ad conceptionem: ergo etiam ad ieiunia. Quod inceptus dici valeat, non video. Hæc ratione debet Leander cum aliis suis recentioribus obligare viros fortes, & sanos sexagenarios ad ieiunium: quia certe isti apti sunt ad generationem. Sed, ut clarius percipias, quo tandem peringat illius opinionis laxitas, animadvertas velim, ex illa conseq. mulieres, saltem nuptas, toto vitæ vite cursu communiter solutas esse a lege ieiunii. Quandoquidem utque ad vigesimum primum, defectu ætatis, libera sunt a ieiunio. Postea, si nuptæ sint, ut debitum maritis robulis ferunt perentibus solvere valeant, ad ieiunium non tenentur, quemadmodum Leander cum aliis docet. Frangentes, & lactantes pariter non tenentur. Quousque veteris ad generandum sunt apta, a lege ieiunii exculantur. Si ergo inhabiles ad generandum factæ a ieiunio quoque eximerentur, cer-

certe consequens foret, mulieres nuptas vix unquam ad ieiunium teneri; maxime quod iuxta. P. Viva quinquagesimo anno *inchoato* mulieres ad ieiunium probabiliter non tenentur. Vides nunc, quam merito reverentius hæc opinionem, tamquam improbabilem, fallam, laxam, scandalis plenam, & discipline regulari infestam? Quoniam, ut communitur Theologi docent, quibus accedit & ipse Leander, professi Regulares, qui in omnium sententia ante vigesimum primum annum exempti sunt a ieiunio Ecclēsiæ, tenentur servare ieiunia Regulae, quia sponte ad eadem se obligantur. (Probabiliter tamen de more oppositum sentit P. Viva.) Quanto ergo magis Regulares sexagenarii, & Moniales quinquagenarie; que iuxta communissimam sententiam præcepto ieiunii ecclēsiæ subiectæ sunt, ad ieiunia Regulae adstringuntur? Voventes ieiunare etiam post sexagesimum annum, quidquid in opusculum dicant Pasqualius, Leander, & Tamburinus, & novissime P. Viva loco citato. Lubet hæc capiti finem facere verbis D. Bassii *therm. xi. de ieiun. Mulieribus autem velis respirare, ita etiam ieiunare proprium est, & secundum naturam. Pueri vero plantæ virides ieiunii aqua irrigantur. Senibus assuetudo, ac familiaritas ab antiquo ad ipsum levem facit laborem.* Hæc quam longissime abest Theologia quorundam recentium Casuistarum!

## CAPUT XX.

De adventis, peregrinis, & viatoribus.

**I**Omnes Catholici observare adstringuntur ieiunia quæ Ecclēsia Romana generaliter omnibus fidelibus indicit. At præter hæc ieiunia generalia, dantur ieiunia particularia provinciarum, & civitatum quæ vel voto civium, vel statuto alicuius Synodi incolæ servare tenentur. Et de his nulla est difficultas. Quæ sequuntur disputationis sunt obnoxia.

¶ II. Quæst. An viatores, peregrini, & vagi teneantur observare ieiunia locorum in quibus versantur? Resp. Non pauci Auctores negant præfatos teneri. Sed cum Suarez *Tom. I. de Relig. Lib. II. cap. xiv. num. 2.* dico, viatores, peregrinos, & vagos teneri observare ieiunia locorum in quibus versantur; & contrariam opinionem non esse prædicæ probabilem, sed esse contra communem sententiam, & contra bonum regimen, ut docent non solum laudatus Suarez, sed etiam Leander *trac. i. disp. 11. quæst. x. Fa-*

*gundes Lib. I. cap. vii. num. 6.* Sanchez *L. III. de matr. d. xviii. num. 3.* Baldeus in *Theol. Mor. Lib. V. disp. xxxi. num. 4.* Filucius *trac. xxv. num. 14.* Bassius *Lib. V. de Matr. cap. vii. §. 1. num. 5.* Caltopala *I. Part. trac. 111. disp. 1. p. 22. §. 3. num. 2.* Hi Auctores omnes contrariam opinionem tamquam fallam, & improbabilem, explodunt. Nostri vero, communemque sententiam conceptis verbis docet Augustinus *epist. cxviii.* ad Iulianum; in qua narrat, se consultum fuisse D. Ambrosium lupi anxietate, qui mater sua Monica vexabatur. Hæc siquidem filium suum Mediolanum utque, ubi ieiunium sicuti in Africa, non servabatur, secuta, conciliantæ motibus concitabatur, ignorans, an nec ne ieiunare deberet. Porro sanctus Augustinus a divo Ambrosio, quem super hæc se consultum, hoc se accepisse responsum testatur. *Cum Romam venis, ieiunia labato. Cum hic sum, non ieiuno. Sic etiam tu ad quamcumque Ecclēsiam venis, eius morem servas, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quemquam tibi. Quia auctoritate postea usus est Augustinus *epist. cxix.* ad Calulanum, & *Lib. III. de doctr. christ. cap. xii.* & habetur etiam in cap. Quæ contra *dist. viii. & cap. Quilibet conformabit se locis suis in cibis & in moribus.* Unde postea eorum dux illud estatum quod refert Petrus de Palude: *Cum fueris Romæ Romano virito more: cum fueris alibi, virito sicut tibi.* Respondent adversarii, doctrinam Augustini, & Ambrosii consilii esse, non præcepti, vel eos loci de peregrinis, adveniens disturno tempore ibi commorantibus. Quæ sane responsio sua exilitate corruit. Hæc enim via omnium Patrum auctoritates vel manifestissime eludi possent. Utique laudati Patres, Ambrosius & Augustinus, præceptum non imponunt; sed præceptum conformandi se ad leges loci, in quo quique degit, explicant. De habitatoribus, qui domicilium statuunt in aliquo loco, nulla est difficultas. Loquuntur ergo de veris adventis, peregrinis, & vagis, & de obligatione strictæ acceptæ, ut evidenter constat ex verbis quibus Augustinus sententiam D. Ambrosii exponit, que referuntur cap. *Ille dist. xii. Ego vero* (inquit Augustinus) *de hac sententia etiam atque etiam cogitans ita semper habui, tamquam cum esset, nisi oraculo susceperim.* Si plura de hoc cupis, vide que diximus *dist. 1. cap. ix. quæst. iv.* & sequentibus, ubi regulatas reperies omnes quælibet quæ hæc de re agitari solent. Idcirco, nec actum agam, eas nunc missa facio.*

## CAPUT XXI.

De iis qui cooperantur ieiunii violationi, materiamque præbent illud violandi.

**I.** DE peccatis quæ violatores ieiuniorum perpetrant, supra actum est, ubi demonstravimus toties aliquem peccare, quoties in die ieiunii comedit; duoque peccata committere, quando ieiunium violat, ad quod tenetur tum ex præcepto, tum ex voto; unum vero peccatum committere, si violat ieiunium duplici præcepto imperatum, ut cum quis transgreditur ieiunium in pervigilio S. Mathiæ in Quadragesima, vel S. Matthæi, quod in quatuor anni tempora incidit; quia hæc duo præcepta sunt eisdem rationibus, & idem obiectum inspicunt. In præsentia vero pauca dicturi sumus de iis qui cooperantur ieiunii transgressioni.

**II. Quæst. I. An urgente ieiunii præcepto, invitans alium paratum frangere ieiunium ad cenandum, graviter peccet?** Resp. In primis certum est, quod, si obligatus ad ieiunium, paraficiens ieiunii legem, alium inducat ad secum cenandum, duo peccata committit: quia & ipse præceptum violat, & alium ad violandum inducit. Certum itidem est eum graviter peccare qui; licet ad ieiunium non teneatur, inducit tamen alterum, ieiunii lege obstrictum, ad secum cenandum, & consequenter ad transgrediendum ieiunium. Hæc omnia certa sunt, & extra dispensationem posita. Difficultas est, an peccet ille qui alium, paratum frangere ieiunium invitat ad secum cenandum? Diana coordinatus *tract. vi. resolut. 125.* negat, hunc invitante peccare; citatque pro sua opinione alios recentiores. P. Viva suo calamo Dianam, apud quem alios Casuillas se legisse passim testatur, sententiam refert: item alios dicendi modos similia Casuillarum, qui distinguunt inter eum qui est paratus ad violandum ieiunium, & eum qui est transgressurus ieiunium, & alias subtilitates recentet, quas piset sub examen inducere; licet ille omnes a se descriptas opiniones asserat esse iuxta Tamburinum probabiles. Verum, inanius omnibus distinctiunculis, dico cum communis sententia, Christianum peccare mortaliter, dum invitatur alterum Christianum ad cenam; quomvis invitatus paratus sit ieiunium frangere. Ratio evidens est: quoniam invitare ad actum malum peccatum est. Porro qui invitatur lege ieiunii obstrictum ad cenandum, seu ad transgrediendum

ieiunium, invitatur ad actum malum. Ergo peccat. Utenius, qui invitatur secum ad cenandum hominem ieiunio obstrictum, illi occasione præbet transgrediendi præceptum, & consequenter peccandi: sed hoc malum est: ergo manifestum est huiusmodi invitante peccare. Hæc ratio non licet famulo aperire inquam domino suo, parato ad furandum, vel ad violandum virginem; quemadmodum ex propositione quinquagesima prima damnata ab Innocentio XI. constat.

**III. Obiicies.** Licet invitare, & provocare iusta de causa alium ad aliquem actum ex genere suo bonum, aut indifferenter. Sic parochianus potest petere a suo Parocho concionario sacramenta. Licet tunc illi locare meretricii domum, & ab usurario mutuum depolere cum pacto solvendi usuram. Resp. Hæc, & similia exempla nihil concludunt adversus conclusionem nostram. Concedimus, iusta urgente causa, licitum esse invitare aliquem ad actum reipia indifferenter; sed negamus, id contingere in nostro casu. Nam, licet cenare in genere sit quod indifferens; nihilominus cenare in eo qui lege ieiunii obstrictus prorsus est, ita est actus malus, ut in praxi nequeat a malitia separari. Quapropter invitare illum ad cenam, seu ad secum dandum comestionem, licet ad eam paratum, idem est ac invitare ad actum reipia malum; quemadmodum, si invitare ad comedendas carnes, quarum comestio, licet absolute indifferens sit, in die tamen ieiunii ita est actus malus, ut sublati iusta causa, nequeat concepti tanquam indifferens in eo qui lege abstinere devinctus est. Ab usurario licitum est homini, in gravi necessitate confistito, non petere ad usuram, sed accipere pecuniam mutuo, quam alter sine peccato dare potest: quamvis sua iniquitate indigentem urgeat ad solvendum usuram. Parochianus habet ius petendi sacramenta, & eum qui est paratum, quem Parochus sine peccato exercere valet. At ieiunans, qui prorsus est, sine peccato cenare nullo modo valet. De eo qui locat domum meretricibus, plura loco dicta sunt. Nunc solum addimus, quod si locatio esset actus malus, sicut est cenare in eo qui tenetur ieiunare, illicita foret. Ideo nulla ex partibus productis vim habet.

**VI. Quæst. II. An liceat tavernariis, & cauponibus in diebus ieiunii sponte cenam ministrare hospitibus?** Respond. Dico cauponibus sua sponte minime posse cenam ministrare hospi-

hospitibus, quos aut certo, aut probabiliter credunt lege ieiunii teneri. Hæc namque ministratio advertert tum dilectioni Dei, quæ iubet cavere, quantum fieri potest, & in nocentem dilationem proximi, cuius spiritualium perniciem pro virtute evitare debemus. Præsertim enim ministratio ruine spirituali proximi inquam aperit, utpote quæ occasione præberet in peccatum prolabendi. Hæc autem cooperatio dubio procul peccatum mortale est, ut declaratur cap. *Facientis dilecti. lxxxvii. Facientis culpam proculdubio habet qui quod potest corrigere, negligit emendare: scriptum quippe est: Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, participes iudicantur. Et negligere, cum possit disturbare perverfos, nihil aliud est quam locovere. Nec caret scripto consensio oculis qui manifesto facturi desunt obviare. Hæc optio commutatio est, & ego unice veram, & sequendam iudico.*

**V. Contrariam sententiam sustinent plures recentiores, Leander tract. xxvii. ix. quæst. xv. Ledelma tract. xxvii. cap. 11. dub. 6. & alii apud eundem Leandrum, ac novissime P. Viva loc. cit. artic. 4. ubi pro hæc sententia plures Casuillas allegat de more apud suam Dianam. Suam appello, non quod ignorem alterius esse instituti; sed quia fere ubique illum, tanquam suum magistrum, sectatur. At (quod mirari satis non possum) in hæc quoque opinionem concedere videtur Caietanus 2. 2. quæst. cxlviii. art. 4. in fine, qui hæc obicit rationem. Ministrantes cibos non cooperantur peccato, sed comestioni, quatenus est actus deserviens facultati nutritivæ, & sustentationi naturæ. Hoc autem licitum esse, ex eo constat quod Deus ipse cooperatur illi comestioni, quatenus servit naturæ. Resp. Si hæc Caietani ratio consisteret, nullus foret actus malus, cui cooperari non posset homo: quia nullus est actus malus in quem Deus, ut provisor generalis, sub ratione entis non influat. Nulli autem homini hoc conceditur. Quare, licet comestio absolute sit actus indifferens: in eo tamen qui ieiunii præcepto obnoxius est, actus malus evadit. Neque præcisione metaphysicæ, positissimum sine urgenti necessitate, in motum controversiis transgrediendi admittenda facile sunt.**

**VI. Quæst. III. An cauponibus requisiti possint peregrinis, & viatoribus cenam præbere?** Resp. Neque requisiti possunt licite cau-

pones cenam præbere, quando certo, vel probabiliter credunt, hospites suos lege ieiunii obstrictos esse, ob rationes modo allegatas. Sicuti enim non licet petenti gladium concedere, quo ipsum prevedimus male utrum, ut patet de Amalecite illo (*II. Reg. cap. 1.*) qui Saulem hæc infirmum regem, & pœna mortis reatum diluit, licet Sauli petenti mortem accleraret: ita vetitum est præbere cibos illi quem certo, vel probabiliter credimus eisdem adhibiturum ad mortem animæ suæ, nempe ad violationem ieiunii. Quando cauponibus probabiliter credunt hospites suos non teneri ad ieiunium, possunt licite illis cenam præbere. Et, dum viatores cenam petunt, possunt, & debent cauponibus præferre, illos ad ieiunium non teneri, vel quia impræparati sunt, vel quia ob aliam causam excusantur; quando tamen eundem cauponibus oppositum non consistit: quia de proximo, non quod detersit, sed quod melius est, præferre debemus; & nemo præsumitur malus, nisi probetur.

**VII. Quæst. IV. An cauponem cenam præbere hospitibus possint quo certe sciunt ad ieiunium teneri, quosque præcedunt alio iuro ad cenandum, si cenam dare ipsi volunt?** Resp. Neque in hoc casu licite possunt cenam præbere; licet aliquam lucri iacturam patientur: quia non licet propter commodum temporale ruinam spirituali proximi cooperari.

**VIII. Quæst. V. An cauponem, cum delincentem, utrum hospites teneantur ieiunare debent eos interrogare?** Resp. Ut dictum est, quando peccatorum rationes dubitanti non occurrunt, cauponem præferre debent, hospites cenam petentes ieiunii lege non esse adstrictos. Cum vero rationes dubitandi habent, vel dubium deponere debent, vel eos modeste interrogare. Oppositum defendit Leander cum aliis *tract. vi. disp. ix. quæst. cxii.* quia, inquit, hæc interrogatio nimis onerosa esset; & quia ad cauponem non pertinet hospitum conscientias moderari. Rationes istæ inanes sunt. Verum est cauponem curam spiritualem hospitum suorum non habere: nec ideo interrogant, ut directè illorum conscientias, sed ut proprie saluti consulant. Ob curam ergo quam de propria salute cauponem habere debent, interrogare hospites de ieiunii obligatione teneantur. Nec onerosum putandum est id quod in propria anime salutem consistit. Præterquamquod, sicuti sine difficultate cauponem interrogant de quantitate, & qualitate epularum; ita & de obligatione ieiun-

pones qui diebus prohibitis indiscriminatim tum pices, tum carnes apponunt. Peccant pariter caupones, si in civitatibus hereticorum, vel mixte religionis, ubi nempe & Catholici, & heretici inhabitant, hereticos ad manducandas carnes invitent diebus ab Ecclesia prohibitis. Quid, si heretici carnes postularent? Primo certum est non posse carnes carnes ministrare, si heretici in religionis contemptum illas peterent. Si vero non in religionis contemptum, sed ad communem usum carnes postularent; tunc caupones, si ministratorem evitare possunt, debent; si nequeunt carnes illis negare sine gravi, & notabili damno, dicunt Auctores communiter, eos posse ad evitandum gravem vexationem carnes luppeditare, eo quod appolito nisi non sit suapte natura mala. Quid nos sentiamus, in dissertatione de peccatis explicabimus.

IX. Quæst. VI. An caupones qui nolunt recipere hospites, nisi coent, peccatum grave pepererint? Resp. Negat Palqualigus decis. cccxlvii. eo quod caupones non intendunt nisi lucrum, minime vero ieiunii transgressionem. Hanc opinionem inter nimis laxas cap. 1. disert. 2. recensuimus. Et revera adeo laxa est, ut neminem, præter unum Palqualigum, reperire mihi licerit qui illam doceat. Peccant ergo mortaliter etiam caupones, qui nolunt hospites ieiunii tempore recipere, nisi coent: quia in hoc casu non modo hospitium peccato cooperantur, verum etiam ad peccandum eos inducunt. At alios ad peccatum inducere, grave peccatum est. Ergo praefati caupones graviter peccant. Distinctio Palqualigi dicentis, caupones lucrum, non peccatum, intendere, inutilissima est, quæ flagitii, & criminibus vim aperit lastissimam. Neque usurarii peccatum, seu usuram, sed lucrum percipere intendunt. Quis est qui peccatum, ut peccatum, intendat? Sufficit velle illam actionem quæ vel culpabilis est, vel peccatum necessario parit. Censura ieiunantium post primam commotionem re ipsa est culpabilis. Ergo qui illam volunt, nequeunt non velle peccatum.

X. Quæst. VII. An caupones, qui carnes ministrant in diebus quibus carnes esse prohibitus est, graviter peccent? Resp. Distingunt communiter Doctores loca Catholicorum a locis hereticorum. Communissima sententia est, graviter peccare caupones qui diebus prohibitis carnes hospitibus non requiritur ministrant: quia hæc via ipsos pertrahunt ad peccandum. Excipe casum necessitatis, aut privilegii. Peccant quoque caupones, si hospitibus, diebus prohibitis carnes postulantibus, eas ministrant: quia nunquam licitum est in aliorum peccatum libere consentire. Quare, tanquam manifeste falsam, reitimus opinionem Leandri, qui tract. v. disput. ix. quæst. xvii. docet, posse caupones licite diebus prohibitis carnes præbere iis hospitibus qui iam decreverunt carnes comedere; eo quod iam per ipsorum intentionem violatum sit præceptum; & executio fiat virtute præcedentis intentionis. Hæc sunt mera signata, omni fundamento destituta. Quandoquidem non solum intentionis, sed etiam carum commoio mala est. Quin Ecclesia disteque non intentionem, sed etiam carum verat. Ergo caupones qui præbent carnes ad commotionem malam & prohibitam, peccant graviter. Peccant quoque cau-

pones qui diebus prohibitis indiscriminatim tum pices, tum carnes apponunt. Peccant pariter caupones, si in civitatibus hereticorum, vel mixte religionis, ubi nempe & Catholici, & heretici inhabitant, hereticos ad manducandas carnes invitent diebus ab Ecclesia prohibitis. Quid, si heretici carnes postularent? Primo certum est non posse carnes ministrare, si heretici in religionis contemptum illas peterent. Si vero non in religionis contemptum, sed ad communem usum carnes postularent; tunc caupones, si ministratorem evitare possunt, debent; si nequeunt carnes illis negare sine gravi, & notabili damno, dicunt Auctores communiter, eos posse ad evitandum gravem vexationem carnes luppeditare, eo quod appolito nisi non sit suapte natura mala. Quid nos sentiamus, in dissertatione de peccatis explicabimus.

XI. Quæst. VIII. An qui in ieiunio quadragesimali cibos vitiosos vendunt, graviter peccent? Resp. Quædit veritas de ieiunio Quadragesimæ: quia in ieiuniis infra annum constat licitum esse cibos prohibitos exponere: præsumuntur enim expositi ad usum sequentium dierum. Hoc autem non contingit in Quadragesimâ, quæ plures hebdomadas continet. Communiter observant Auctores, quod, cum ad magistratus, seu Principes, & superiores civitatum pertineat regimen, eorum est etiam vetare ne cibi prohibiti publice venales tempore Quadragesimæ exponantur. Heinc in magnis civitatibus ob multitudinem eorum qui carnis indigent, loca designata solent determinata, ubi duntaxat cibi vitiosi vendantur. Communior ergo sententia est, non licere tempore Quadragesimæ publice exponere venales cibos prohibitos: quia hæc publica venditio occasione multum præbet violandi præceptum; & scandalum pusillius ingerit dubitandi de præcepti obligatione. Quique autem caritatis lege tenetur impedire, & subvertere alii, quoad fieri potest, peccandi occasionem. Consequitur hinc, venditores graviter peccare, dum in Quadragesimâ vendunt carnes illis quos certe sciunt eisdem ad violandum ieiunium abuturos: quia dicit operam rei illicitæ, materiamque illis præbet violandi præceptum. Nec amissio lucri eos exculare valet: quoniam nullum ius habent ad vendendos cibos vitiosos. Qui vendunt cibos vitiosos privatim, & sine scandalo illis quos certo, vel probabiliter credunt habere vel privilegium, vel dispensa-

tionem, seu iustam causam manducandi præfatos cibos, non peccant: quia bona fide procedunt, & venditio suapte natura indifferens est. In dubio, an emptor abusus sit cibis vitiosis, absolute præsumere venditor potest in favorem emptoris: quia nemo præsumitur malus, nisi probetur. Vel potest & debet, nisi valeat deponere dubium, emptorem interrogare, & iuxta responsum ipsius actionem suam moderari. Leander tract. v. disput. ix. quæst. xix. cum quibusdam aliis oppositum docet. Sed quæ nos docuimus, communiora, & probabiliora sunt, ac in praxi sequenda.

XII. Quæst. IX. An famuli, & ancillæ, parantes mensam, & cibos vitiosos dominis suis ieiunii tempore, graviter peccent? Resp. Quædit est de dominis qui iustam causam non habent edendi carnes, sed volunt ieiunium frangere. Communiter Auctores recensent, ut Leander, Diana, Palqualigus, Bonacina, Reginaldus, immo & Caietanus, Azorius, Fagundes, alique plures id assentiri sine culpa præitari: quia, inquit, coquere cibos, eoque ad mensam apponere, res est indifferens. Ex altera parte famuli, & ancillæ officio funguntur quod aliis diebus præstant. Non ergo operam dant rei suapte natura illicitæ; neque comedenti domino inferunt, quatenus ieiunium violat, sed quatenus prandet, vel coenat. Fateor, tantam esse ingenii mei tenuitatem, ut vim rationum istarum percipere nequeam. Quid ergo? Numpe communiter Theologorum sententiam improbarim? Minime. Sed palam solent fateor, mihi eorum rationes non probari. Anneti vitium mihi erit hoc asserere? Rationem autem assigno, cur mihi eorum non probetur sententia; quamquam summo obsequio reverer eorum auctoritatem. (Hæc enim demissione animi utimur, cum per obsecra, & abrupta ambulamus.) Utique carnes coquere, & illis instruere mensam, sunt actiones indifferentes ex genere suo; quemadmodum & comedere carnes absolute ex genere suo est actio indifferens. At carnes coquere, & ad mensam apponere die ieiunii carnes comedere malum est; sicut & die ieiunii carnes postulare coquere, & apponere carum potest famulus coquere, & apponere carum patellam ad mensam; die veneris id non valet, quia carnes die veneris sunt vitiosæ: sicut non potest die iovis introducere in forum domini concubinam ut ea abutatur potest enim introducere die veneris, si eam in ipsorum duxerit. Clarius. Famulus qui tenet scalam, ut dominus ascendat per le-

nestram ad furandum, vel ad virginem violandam, peccat mortaliter: quoniam opinio opposita damnata fuit ab Innocentio XI.

XIII. Respondent, discrimen esse: quia tenere scalam ad furandum, vel suprandam virginem est actio suapte natura mala, ideoque nunquam licita; appolito vero carum, & mensæ instructio tunc actiones indifferentes. Hæc responso mihi videtur evidenter falsa. Enimvero tenere scalam, ut dominus per fenestram ascendat suapte natura indifferens est; & ex sola fisci circumstantia bona, vel mala evadit. Ascensus per scalam, coniunctus cum furto, actio mala est; coniunctus cum defensione innocentes, est actio bona. Idem omnino contingit in nostro casu. Appolito carum absolute indifferens est; coniuncta cum circumstantia inferendi domino ad corporis nutritionem bona est; coniuncta cum circumstantia transgrediendi præceptum ieiunii est mala. Neque reponere potest, famulum non apponere cibos, ut dominus violet ieiunium: sed ut comedat, quod est indifferens. Quoniam etiam famulus sustentans scalam dicere potest, se non sustinere scalam, ut dominus furetur, sed et ascendat; quod indifferens est ad bonum, & ad malum. Quid ergo? Anne cogendi sunt omnes famuli, & ancillæ, ut famulatum relinquunt, quo vitam alunt; aliquot dominos inquirant, quos non semper reperire valent? Interim quomodo vivant, cum nihil habeant? Quomodo le gerere debet Confessarius, cum illorum audit confessiones? En clara, ut ego quidem arbitror, difficultatis resolutio. Domini indigere possunt eis carum. Non oportet ut hæc necessitas famulis innotescat; sed isti præsumere debent dominos suos etiam cibis feris ex iusta causa carnes comedere, & cenare. Et quia communiter Catholici, dum præfatis diebus carnes comedunt, aliquam necessitatis causam allegare solent; idcirco communiter famuli coquere cibos, & parare mensam etiam his diebus sine peccato valent. Nec eorum est inquirere, num vera, vel apparens sit causa quam allegant. En pro tua praxi facillimam resolutionem. Ceterum, si essent alii qui domini ita telesiti, & impudentes, ut aperte dicerent, se nullam habere necessitatem manducandi carnes, sed velle eas comedere, quæ de præcepto nihil curant; & consequenter si famuli certo scirent, dominum revera peccare carnes illas comedendo: dico, hoc in casu, non adeo frequenter, nec tamen rarissimo, peccare mortaliter famulos carnes apponentes, mensamque instruentes, atque,



stam necessitatem carnis vesci, & hac ratione posse communiter carnes apponere, & mensam intruere, illis inferendo. Contra vero, cum domini aperte declarent, se carnis vesci, non propter aliquam peculiaritatem indigentiam, sed quia nolunt præceptum ieiunii observare (hoc in sensu Theologi adversari quæstionem hanc veriant) & famulis hoc innotescit; domini isti profecto suspitionem iniiciunt, male fe de religione sentire, cum præceptum ieiunii inter characteres religionis catholice computetur, perditaque conscientia homines se fe produunt: ad illis proinde, tamquam ab occasione iniquitatis, scandalorumque sententia, recedere famulis debent. Neque panis, quo alantur, eos deficiet, si propter religionem Dei occasionem relinquunt peccatorum. Sententia sic explicata, & mitis, & vera mihi videtur. Tu tam, quam magis veritatis, & pietatis conscientiam iudicaveris, elige.

XIV. Quæst. X. An possit quis in die ieiunii invitare amicum ad conandum secum, cum certo sciat cum alibi conaturum? Resp. Leander tract. v. disp. ix. quæst. xxxi. docet, posse illum qui a ieiunio dispensatus est, alium invitare amicum ad secum conandum, quem certo scit alibi conaturum, & consequenter fructum ieiunii. Hanc opinionem defendit, præter alios, etiam Cælianus 2. 2. quæst. cxlvii. §. ult. res. si iustum omnino. Sed nos hanc sententiam, tamquam improbabilem, & fallam, reiciimus: quoniam erroneum est asserere, ieiunium esse etiam parato ad perpetrandum malum cooperari, materiamque illud exequendi præbere. Sic sentiant Valquez de scandalo art. 1. & 3. Sylvius 2. 2. quæst. cxlvii. art. 3. quæst. unic. post conclusi. 2. Thullenchus Lib. III. in Decal. cap. 1. dub. 5. num. 10. Lethus Lib. IV. cap. 11. dub. 3. num. 20. Bonacina disput. ult. de precept. Eccles. quæst. 1. puncti 3. numer. 9. Fagundes de 4. precept. Eccles. Lib. I. cap. x. num. 12. Comitulus Lib. V. Resp. mor. quæst. lvi. numer. 6. prope finem. Quid, si amicus invitatus ad conandum paratus non sit? Etiam hoc in casu licitum esse illum invitare docet Leander loc. citat. quæst. xxxii. quævis credatur invitatum probabilem oblecturum amicum invitatum. Hanc quoque opinionem reipsum, ut improbabilem: quia hoc est præbere occasionem reipi conandi, & violandi ieiunium. Quænam enim efficiatur occasio quam mensa instructa effertur

vicina, & sicuti pocula proxima? Sed audi de Leandrum respondentem: Si iste (invitatus) aliquando inde occasione violandi ieiunium accipiat; id proprie eius malitia est imputandum, non invitanti. Hæc non imputationem, sed contempionem expolunt. Sunt enim aperte sacra Scriptura, quæ tot supplicia offendiculis proximo præbentibus minatur, contraria.

XV. Quæst. XI. An patresfamilias teneantur compellere filios, servos, & domesticos suos ad ieiunandum? Respond. Quæ penes omnes certa sunt, præmittimus oportet. Extra dispensationem est, ad parentes, dominosque curam filiorum, & domesticorum disciplinam pertinere. Id aperte & ius naturæ, & lex Dei precipiunt. Inquit enim Apostolus Paulus I. ad Tim. cap. v. Si quis suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior. Et in epistola ad Ephes. cap. vi. Patres nolite ad irascendum provocare filios vestros; sed educate illos in disciplina, & correptione Domini. Adfirmant omnes, in eo maxime patrum, & herilis officii religionem splendere, ut domestici omnes, sive filii, sive famuli, præcepta tum divina, tum ecclesiastica observent. Debent propterea patresfamilias, dominique domesticis suis congrua ad ieiunandum alimenta ministrare. Eorum est, si ieiunia filii, vel servi fruantur, illos admonere, corripere, increpare, & ad implendum præceptum urgere. Hæc omnia communia sunt. His premittis, dico, patresfamilias debere filios suos compellere ad ieiunandum eo validiore modo quo possunt; servos vero, nolentes ieiunare, e domo pellere tenentur. Primam partem docent graviores Theologi. Gabriel disp. xvi. quæst. 111. art. 3. dub. 6. Toletus Lib. VI. cap. v. Sylvius 2. 2. quæst. cxlvii. art. 3. Comitulus Lib. IV. quæst. lvi. Navarrus cap. xxi. num. 26. & alii plures. Veritas hæc aperte ex Scriptura sacra colligitur. Nam hæc habentur Prov. xxiii. Noli subtrahere a puero disciplinam. Tu virge percussit eum, & animam eius de inferno liberabit. Et cap. xlii. Qui parci virge, odii filium suum. Non modo consilii, & adhortationibus, sed virga etiam imperiis, ac afflictionibus, seu percussione, Spiritus sanctus vult parentes compellere filios suos ad servanda ea præcepta quorum observantia illorum animas ab inferno liberat. Quare pliquam fallam reputamus opinionem Leandri, asserentis non pertinere ad parentes regere conscientias ipsorum, scilicet filiorum: quia (inquit Leander) ad pa-

rentum manus pertinet providere filiis de victu, non vero regere conscientias eorum: quam propositionem dissent. 1. cap. 1. inter nimium laxas opiniones recensimus. Et que, malum, est Theologia isthæc? Ad parentes non pertinet regere conscientias filiorum in observantia exteriori præceptorum Ecclesie; sed tantum providere eis de victu. Hanc disciplinam brutæ exercere erga partus suos. Homines ratione præditi, & religionem christianam professentes, lege caritatis mutuo se fe instruere in religionis propria virtutibus; & præceptis adstringuntur. Patres vero, præter communi caritatis debitum, lege tum naturali, tum divina erudire filios suos tenentur in religione quam profitentur, illis divina explicare mandata, iuxta illud: Pater filius notam faciet veritatem tuam. Mat. xxviii. Itaque caritatis lege tenentur patres non solum admonere, & hortari filios suos ad observanda Ecclesie mandata; sed etiam virga percussione, ut inquit Salomon, compellere rebelles debent, & cogere. Ad quid valerent paternæ potestas, si nihil iuris haberet ad ea impedienda quæ morum spiritualium filiis ingerunt? Debent ergo patres & cibos vestros, & secundam commotionem filijs in die ieiunii subtrahere, aliisque modis eos cogere ieiunandum. Prudentia filium opus est. Maius malum ex duobus necessarium malis semper vitandum. Hinc si pater prædenter scandalâ gravia provideret ex violenta coactione filiorum ad ieiunium servandum, posset exercitum potestatis paternæ suspendere. Famulos vero ieiunare nolentes e domo pellere domini tenentur: quia, si domini non habent potestatem cogendi famulos, ut observent Ecclesie præcepta, potestatem habent eos expellendi e domo, dum eadem observare reculant. Heinc inter laxissimas propositiones recensimus opinionem Pasqualii, asserentis, dominos non teneri negare cenam famulis; etiam si scirent id famulis protrahitur. Vide dissertationis huius cap. 1.

XVI. Quæst. XII. An domini, compellentes servos ad laborem impediendam ieiunium, vel nolentes eos conducere, nisi cum pacto, ut non ieiunent, peccent mortaliter? Respond. Dico cum communissima sententia, quam fere omnes graviores Theologi defendunt, peccare graviter dominos compellentes servos, & domesticos ad opera quæ ieiunium impediunt, quoties opera possunt sine gravi dampno in aliud tempus differri. Ratio evidens est. Domini tenentur pro viribus curare ut famuli & domestici ieiunium observent. Si

Si autem compellerent illos ad ea opera quæ ieiunium impediunt, non solum non curarent eos ad observantiam ieiuniorum inducere; sed e contrario obliuiscia ponerent, quæ eisdem ieiunii observationi abducent. Hanc sententiam defendunt Navarrus, Toletus, Azorius, Ricardus, Gabriel, Paludanus, Aftenfis, Rolella, Angelus, Cardinalis Cozza, & alii plures. Secundam partem docet expresse D. Thomas in IV. dist. xv. quaest. iv. *Nec ieiunium illi a peccato immunes sunt qui operarios conducere noluunt, nisi tali pacto, ut ieiunium solvant; nisi forte sit causa necessaria, quæ festinationem operis pro quo laboratur, exposcat.*

## CAPUT XXII.

*Causa a ieiunio excusantes sunt quatuor: impotentia, labor, pietas, & dispensatio.*

**Q**uatuor propositas causas, quæ a ieiunio sepius excusare solent, in quatuor distincta capita tribuemus; quia de singulis plures quaestiuicula discutientes, & resolvenda occurrunt. In presenti de sola impotentia sermonem habebimus. Impotentia duplex est, physica, & moralis: & utraque a ieiunio excusat; cum lex impossibilia non precipiat. Ut, quæ hoc in capite dicturi sumus, facilius capiantur, diligenda est impotentia a difficultate. Impotentiam eam appellamus quæ vel naturam lipponit reipia delictum viribus ad effectum præstandum, vel effectum præstare nequit nisi cum notabili eiusdem naturæ detrimento. Et hæc impotentia a ieiunio excusat. Difficultas illa dicitur quæ incommodum utique naturæ affert in exercitio ieiunii; sed naturæ non ledit, neque ineptam ad sua munia obœnda reddit. Hinc excusatur infirmus, qui quotidianæ, vel tertianæ febril laborat; sicuti & valetudinarius, ac convalescens; quin non modo a ieiunio, sed etiam ab abstinencia a carnibus immunes sunt. Quando vero dubitatio occurrat, num infirmitas, & debilitas excusent nec ne; medicus consulatur, & a superiore dispensatio pro maiori securitate petatur.

II. *Quæst. I. An qui data opera impotentem se constituunt ad ieiunandum, teneantur ieiunare; & an iste talis, qui intentione expressa vacat ludo, venationi, vel rebus venereis, idest nimio coitu, ut impotens efficiatur ad ieiunandum, peccet contra præceptum ieiunii?* Resp. Noli adversus me commoveri, quod eiusmodi quæstia exponam, sed illis

indignare qui eadem propugnant. Quaestiuicula duas habet partes. Ad primam partem respondeo, impotentem ad ieiunium non teneri lege ieiunii, etiam quando impossibilitas oritur ex propria culpa: quia ad impossibile nemo tenetur, quocumque ex capite impossibilitas illæc proficiscatur. Hæc communissima sententia est. Secundam quæstiuiculam inter propositas laxas iam sub initium dissertationis recentium cap. 1. §. 2. n. 2. & non modo laxa, sed erronea item videtur, quatenus asserit, nisi quempiam expressa intentione nimio coitu se impotentem efficiere, ne ieiunet, quin peccet contra præceptum ieiunii nec tunc quando apponit tale impedimentum. Quid enim peius ab Ethnicis excogitari posset? Nam qui libere apponit causam, ex qua necessario sequitur ommissio præcepti, seu effectus a præcepto prohibitus, peccat contra illud præceptum. Prava siquidem illa, & expressa intentio, quæ ideo se impotentem quæ efficit ad ieiunium, ut reipia non ieiunet, directe respicit transgressionem præcepti iubentis ieiunium. Respondent, præceptum ieiunii non prohibere ludum, neque venationem, neque coitum. Quæ sane responsio non minus inutilis est ac ipsa propositio. Nam verum est, præceptum ieiunii præfata opera absolute non prohibere; sed illa prohibet, quatenus impediunt, sed illa ieiunandum. Neque plus temporis impediendum in impugnatione opinionis appetit, quamque committit, non modo antiqui; sed & recentes fere omnes reiciunt, tamquam improbabilem, & nimium laxam.

III. *Quæst. II. An excusentur a ieiunio qui calefieri, & dormire sine cocca vequeunt, qui habent duo cauteria, quæve vtergintum capitis, vel stomachi delibitatem patiuntur?* Resp. Caluillarum plures inter impotentes ad ieiunandum recentem omnes quos in quaestio descripsimus. Ut prudens, solidaque responsio exhibeatur, in memoriam revocanda est difficultas impotentia, & difficultatis: illa siquidem, non hæc, a ieiunio excusat. Igitur, si ob cocæ privationem ita frigidum corpus remaneret, ut ad formam omnino redderetur inhabile per plures noctes; si periculum infirmitatis immineret, vel prudentiam sufficeret ad solitam calefactionem, & somnum petiendum. Si collatio abundantior sufficere; cocæ non poterunt. Si quatuor uncie panis aque immisceantur, & per coctionem papparium fiat; ac postea duæ uncie panis, & duæ

ob-

oblonii comedantur (quæ est refectio a pluribus Caluillis excogitata) incredibile est, corpus se refectum ad somnum, & calefactionem ineptum esse. Ceterum hæc omnia prudentis arbitrio relinquenda sunt. Illud solum semper præ oculis habeatur, impotentiam, non difficultatem, a ieiunio excusare.

IV. *Quid, si, collatione mane sumpta, & prandio in vespertum dilato, ieiunare possint, teneantur ne id præstare, ut præceptum observent? Negant plures recentiores, Elicobarus, Diana, Filiucius, Palqualigus, Leander tract. v. disp. viii. qu. xxx. Sed talem opinionem inter laxas recentiorum cap. 1. Nunc vero, istorum Auctorum rationem expendentes, laxissimam eam appellamus. At namque Leander cum aliis, homines præfato incommodo laborantes posse, si vellet, collationem mane sumere, prandio in cenam commutato, & hac via implere præceptum; sed, cum ius habeant prandendi in meridia, non teneri se tali iure privare. Et illius verba loco laud. *Si vellet, possent collationem mane sumere, & sic ieiunando implere præceptum ieiunii. Sed quia quilibet habet ius ad sumendum principalem refectionem in meridie in diebus ieiuniorum, ergo nullus tenetur, ut ieiunet, hoc iure se privare.* Cur, quælo, ius habeant prandendi in meridia, præcepto ieiunii urgente? Nonne quicque meliori modo quo potest præcepta Ecclesie implere adtingitur? Si Ecclesia tolerat ut fideles qui vel concionari, vel alia gravia negotia peragere debent, possint mane collationem sumere, prandio in vespertum dilato; cur non debeant fideles, ut præcepto Ecclesie obediant, collationem, cum possint, anticipare, & prandium differre? Quis fidelibus tale ius contulit, ut cum ieiunii dispendio in meridie prandere valeant? Non ergo fideles præceptis, sed præcepta fidelium voluntati subiecta sunt? At quid plura congero contra opinionem suam nimis laxitate correntem? Opinio quæ illos excusat a ieiunio qui duo habent cauteria, etiam nimis laxa est, & improbabilis: quoniam delituita est tum extrinseca auctoritate (soli enim Sanctus, & Quintanadvenas, tenentur mihi scire licuit, eam defendunt) tum intrinseca ratione. Enimvero cauteria idcirco ab arte medica prescribuntur, ut natura per eadem, veluti per duos canales, humores superfluos; & nocuos expellere valeat; & hac via firmior, ac robustior efficiatur, & conservetur. Tantum abest, ut illdem debilitetur. Qui stomachi, vel capitis debilitatem patiuntur, si his incommodis succurrere va-*

leant, aliquid panis, vel alterius cibi mane sumendo, tali remedio contenti sint. Si incommoda eiusmodi sint quæ reparari nequeant, nisi ieiunium frangatur; ieiunium frangi potest.

## CAPUT XXIII.

*An Christiani tempore ieiuniorum a re uxoria se abstinere debeant, potissimum si debuit coniugare sine transgressione ieiunii postulare nequeant. Varia quaestiuicula de mulieribus pregnantibus, lactantibus, & virginitatibus, timentibus venustatis formam amittere propter ieiunium, resolvuntur.*

**D**E debito Christianorum abstinendi in ieiunio quadragesimali a re uxoria verba facturus, quæ docent Patres, antiquioresque Theologi in medium adducam, atque cum his quæ iuniores, recentioresque Doctores excogitarunt, conferam. Fatentur omnes tum antiqui, tum recentes; Apostolum Paulum considerare omnibus nuptis continentiam, quando solemnibus precibus, & ieiuniis vacandum est. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; Grecus textus addit, & ieiunio, ut testatur Cornelius a Lapide I. Cor. vii. Patres, non modo consuliunt, sed etiam iussisse Apostolum nuptis continentiam dicitur præcumbere, & ieiuniorum, docere videntur. Recentiores e contrario videntur solvere a ieiunio lege Christianos nuptos, ut commodius rei uxoriae operam dare possint. Sed, ut omnia fiat manifesta, tum Patrum, tum recentiorum textus transcribamus.

II. Reconsentur plura Scripturarum, & Patrum testimonia, quibus indistinctum nuptis abstinencia ab usu matrimonii ieiunii tempore. In primis Joel cap. 11. inquit: *Sanctificate ieiunium, vocate coetum... egritudine sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.* Deinde Paulus Apostolus I. Cor. vii. & Apostolus Petrus epist. 4. cap. 111. *Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiorum vasculo mulieribus impaventes honorem, tamquam & coheredibus gratis vitæ, ut non impediantur orationes vestre.* Heinc sanctus Hieronymus Lib. I. cont. Iov. pag. 15. edit. Rom. *Quandiu implemari officium, non impleo continentis... Petrus Apostolus, experimentum habens coniugium vinculo, vide, quomodo informet Ec-*

cle-